UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancta Communitas, In Paupertate religiosa inviolata

Wissingh, Anton

Coloniae Agrippinae, 1699

Jesu, Maria, Joseph

urn:nbn:de:hbz:466:1-49611

Visual Library

iue mei dis Deus! ecce !accipe IES
Ipſe es dûm: daqꝫ de replen
ſque re daris con dia dabear
Ettu pax dûm, ris tibi dadar
mple igitur daô IHS et præ dia pac
Et vigeat di pace ona di
it laus atqꝫ de tibi ſit gloria ſol
Vultu te colimus, de, pioqꝫ gen

ccipe, quæ habet, quæ fert reſpice don
Virgo dûm que unde mih
In tibi, quod di con di ex de ſacritu
Mater amor dûm ſint tibi da ſacr
te, quam adit MRA in de ſalute
Repperio, et di geſtio da dar
ntra igitur Virgo hoc diwite corn
Auge, et amore tuis dibus adde me

ponſus es atqꝫ de Ioſephe in de Maria
IESVM dûmin tice dis ame
Utinam diſ s pus non ruatultr
Sed plorē dis crimina de di
iaquia es de ô IPH de rabere Laur
Patronus dis, depre , eſto me
Corâ, quâ franget mors de inclyte Davi
E cœlo appropera, animumqꝫ be

JESU, MARIA, JOSEPH,

VEſtris SS. Nominibus, & ominibus, ſacratiſſimisque Cordibus ſubmiſſiſſimè flecto genua cum toto Grege Seraphico Colonienſis Provinciæ, deferens, offerens, & projiciens ante faciem veſtram *ærarium*, *peculium*, *depoſitum*, & quidquid humanæ cupiditati poteſt eſſe charum; de quibus præſens aget Tractatus. Immo tot *peculia*, quot *corda* veſtris *ſanctiſſimis Cordibus*, tamquam uni & communi ſacro ærario infero unienda, incorporanda, commiſcenda, confundenda, eliquanda, abſorbenda, ſimul & renovanda.

De hoc eodem ſacro Cordium veſtrorum ærario confidenter dico cum Apoſtolo: *Scio, cui credidi: & certus ſum, quia potens eſt* depoſitum *meum ſervare*. 2. Tim. 1. 12. Hinc totam Provinciam noſtram vobis ùt *depoſitum* carum concredo, fido, ac viſceroſè recommendo precator quamvis indignus. Omnium corda noſtra circumvolant ſplendorem SS. Nominum veſtrorum, ùt cæcutientes de nocte muſcæ circum ardentem lucernam: quas tamen in hoc non imitabimur, quòd illæ involantes ſubinde incautè adurant alas ſuas; quia alia intentione ad vos convolamus, ut ſcil. creſcant nobis ſpiritales alæ: vel, ſit ut ſit; amittamus illas, ita tamen, ut exurantur, & abſorbeantur à SS. ardore cordium veſtrorum, & ut vi illorum in alias transferantur creaturas.

Veſtra virtute operante gloriemur, ut dicamus: cor noſtrum dilatatum eſt, nam *Jeſus* attraxit: cor noſtrum immutatum eſt, nam *Maria* interceſſit: cor noſtrum renovatum eſt, nam *Joſeph Vir juſtus* manu tenuit. Obinde *meum, tuum, ſuum, frigidum illud verbum* ex nunc ardore cordium veſtrorum, ut ſperamus, ita abſumetur, ut nobis vobiscum ſit poſthac una ſancta communitas, cum quibus ſperamus, ut ſit nobis obventura una communis hereditas. Vos lumen inhabitatis, nobis adhuc quidem nunc inacceſſibile ideo, quia terrea pondera portamus, quibus & mentales oculi ſæpe obfuſcantur; at in lumine veſtro videbimus tandem ſanctum illud Lumen: quod dum nunc aſpicere conamur, inſtar illius, qui mediâ meridie Solem ardentem aſpicere molitur, lacrymamur, utpote conſiderantes noſtram in perfectione orbitatem, in dilectione infirmitatem, in veſtri ſequela tarditatem. Vos erigite corda, accendite deſideria: ſuppeditate conatus, inflammate affectus, & terrena *peculia* convertite in ſancta vobis concredenda *depoſita*. Ita favete Gregi Seraphici *P. N. Franciſci*, Vos, qui eſtis decora mundi, gloria cæli, fulcimina noſtræ ſpei,

JESUS, MARIA, JOSEPH.

✠